

Aduertencias para

nine appobati fuerint ab eodem Episcopo
iterum non examinari. Ab Episcopo autem
successore pro maiori conscientię suę quiete
examinari de novo poterunt, non obstacibus
quibuscunq; priuilegiis. Hæc pro vtraque
parte adduxi vt difficultas proposita melius
explicet. Et resolutiue dico, quod possumus
modo Mendicantes in foro conscientię, uti
omnibus priuilegiis, etiam si per Concilium
Tridentinum sint sublata. Et perconsequēs
possumus uti hoc, etiam si supponat per Cō-
cilium Tridentinum esse reuocatum. Et nō
obstat cōstitutio Pij. s. allegata. Non enim
Pius. s. mortuo Episcopo approbat, statim
suspendit approbationem, imo supponit post
eius mortem valere, & durare, donec à suc-
cessoribus ipsius suspendatur & reuocetur.
Vnde si successores talem suspensionem siue
reuocationem minimē opere compleuerint,
minime etiam finem accipiet approbatio, do-
nec approbatus decedat, & moriatur. Deni
que est necessarium, q̄ in foro exteriori fiat
dicta suspensio, & reuocatio, qua data non ha-
bet locum vsus ipsius in foro cōscientię cum
forū conscientię supponat quo ad Ecclesiā &
forum exterius nullā adesse prohibitionem.

¶ Iuxta